

probat citatus Auctor. Quidam per superius ali- quod aeris spatium discurrunt, & ignei appel- lantur; alii vero vagantur per aerem con- tiguum, & nobis proximum, & aerei dicuntur; alii vero certis quibusdam in locis hujus terrae versantur, & terrestres nominantur; sicut in aqua degentes, aquei, sub terra latentes subter- ranei, quae nomina à loco in quo versantur de- sumuntur.

171. Demones non alligan- tur vinculis corporis. D. Thom. Bachon. Baron.

Matth. 10.

Matth. 12.

171. Dupliciter ligantur dae- mones à Deo.

173. Quomodo virtute Ange- licam ligantur daemones.

174. D. Ambros.

Principes pa- cifici: hostium in- cursus domi- nit.

175. Paci- vincu- lum fortissi- mum

Cum ergo dicuntur mali Angeli quibusdam locis alligati, non intelligitur hoc fieri quibus- dam corporis vinculis: Nam Angeli sunt omni- no spirituales, & incorporei ut docet D. Thom. 1. p. quart. 50. art. 1. Noster Bachonius in 2. dist. 3. 17. q. unica art. 1. Michaël de Baronia in 2. dist. 3. q. unica in principio. Lefana 1. p. tract. 6. disp. 1. q. 3. §. Veritas tamen. Et de Dæmonibus. Probat Matth. 10. n. 1. Dedit illis, scilicet Apostolis potestatem spirituum immundorum, ut eos ejicerent. Matth. 12. Cum immundus spiritus exiret, &c. & infra sumit alios septem spiritus nequiores se, &c. Cum ergo sint meri spiritus, cor- poris vinculis alligari non possunt.

Ligantur ergo Dæmones divina vel Angeli- ca potestate, qua detinentur ut de loco moveri, cōque egredi nequeant, quod fieri potest tribus modis, & primum cum scilicet eis Deus subtrahat concursum divinum, qui necessarius est ad motum & egressum; simulque conservet eos in suo ubi vel situ, & modo existendi in illo loco, cui vult eos affigere: Secundò moraliter, si impedi- ant ne egrediantur minando eis acriores pœnas, si exeat, & maximè, puniendo egredientes & compellendo eos regredi.

Tertiò, si Angelus & qui eos detinet, nec hoc repugnat; sicut enim robustus vir alium minus fortem certo loco violenter detinere potest, per vim impressam. Sic Angelus Dæmonem: simi- lem enim vim licet non corporalem; sed spiri- tualem potest spiritus superior inferiori & mi- nus potens imprimere: Atque de facto vim hanc imprimunt Dæmonibus Angeli; cum eos ex certo loco v. g. ex corporibus obfessis ener- gumenorum violenter expellant, & extrudunt. Hæc secundum litteram, diximus.

Pro morali thesi referam sententiam D. Am- brosi in præfati qui ait. Vincula igitur quatuor Angelorum verba sunt Domini, non quod Dominus præcepit persecutoribus, ut à persecutione cessa- rent; donec semina fidei per omnes gentes sparge- rentur; sed quod potestate fecit, hæc dicitur ver- bis præcepisse; Romani namque, qui ante adventum Christi à cadibus, & rapinis, atque ab effusione sanguinis generis humani manus cohibere poterunt, pace ligati sunt, atque ab effusione sanguinis prohibiti. Per hos quatuor Angelos intelligit Sanct. Doctor, Romanum imperium, qui quatuor mundi partibus dominabatur, sed qui tanti imperii duces, ac exercitus ponit alligare? An bellicosus alius Princeps militaribus potens armis? An aliqui potentissimi Regis exercitus? Minime; sed unus pacificus Rex Jesus, ex cujus pacis halitu validissimi duces cohibiti, ac alli- gati sunt, ne Evangelii fegetem turbarent nec ad ullum malum inferendum manus suas mitterent. Pace alligati sunt, ac effusione sanguinis prohibiti.

Pax fortissimum vinculum est, quod possit continere, ac expugnare omnes adversarios: Admonebat Apostolus ad Ephesios 4. n. 3. So-

liciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Pax est veluti vinculum, ac alligatura quæ uni- tatem spiritus cum Deo ac proximo trahit in salutem. D. Thom. ibidem adducens illud Ecce- siast. 6. n. 26. Ne a edieris vinculis illius & qua- re ait, quia certè, ut ibidem dicitur, vincula illius alligatura salutaris.

Dicebat Christus Dominus. Matth. 6. num. 9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Et cur inter tot præclaras virtutes, pacifici singulariter filii Dei vocantur? Maxime pacifici tanti divini Patris virtutem, ac efficaciam referunt, in cohi- bendis, ac domandis adversariis; proprium est enim divinæ efficaciam pugnam, ac controversias extinguere, quod singulariter in viris pacificis quasi Dei filii demonstratur; quod bella exter- minent, & pacis fœdera in nullo permittant vio- lari; D. Nyssen. orat. 7. Beatitud. Quoniam, ait, sunt hi pacifici? Imitatores humanitatis divinæ, qui id, quod proprium divinæ efficientia est, in sua vita ostendunt; Tollit, & ad nihilum reagit Deus, quidquid extra naturam boni; & à bono alienum est: Hoc etiam tibi prescribit opus, & officium ejicere odium, finire bellum, abolere invidiam, ex- terminare pugnam.

Cum nascitur Salomon, id est Rex pacificus, Quæ genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomo- nem. 2. Reg. 12. num. 24. Tunc sub ipso tempore. Misit Joab nuntios ad David dicens. Dimicavi adversus Rabbath, & capiendam est urbs, &c. Ibid. n. 27. Quid habet Rex pacificus cum expugnatione urbis ac hostium? Quid valet paci- ficus Princeps ut adversus illum hostes mouere non audeant? Nonne ad hostes devincendos, regnumque obtinendum, bellicosus princeps aptior est, qui bellis, armisq; omnia conterat. ac- quiescere cogat? certius sanè id faciet bellico- sus, quam pacificus. A nullo sanè melius quam à pacifico Principe hostes contineri, ac cohiberi valent; & ideo in Auspicium capiendæ urbis nascitur Rex pacificus, quia potius pace, quam armis vincenda an capienda erat, Cassiod. 2. var. Sapè, sapè vidimus, quod ubi militum arma non erumpunt, una concors Pax regnat, & triumphat, hæc enim omnibus armis fortior, ac potentior est.

QUÆSTIO XIX.

Quare hi quatuor Angeli potius alligan- tur in flumine Euphrate, quam in quo- libet alio?

Quatuor sunt Angeli alligati in magno fluvio Euphrate: Per hos quatuor Angelos uni- versos Dæmones intelligunt Pannon. & alii. Tam- en communis sententia, quatuor intelligit Ange- los alligatos, tanquam Archidæmones, & Princi- pes, qui præstant quatuor orbis partibus. Et quam- quam isti sunt ligati, suos tamen ubique habent satellites, & canes qui homines tentent, & dive- xent, ut experientia patet; & Asmodæus libidi- num Rex, ligatus à Sancto Raphaële in Ægypti deserto Tob. 8. n. 3. adhuc tamen suos dæmones, veluti ganeones per orbem habet, ut hominum appetitus inflammarent, & provocarent.

Tota quæstio est; cur hi quatuor Dæmones seu Angeli alligantur potius in fluvio magno Euphrate,

D. Thom. Eccles. 6.

176. Matth. 6.

Pax valde efficac ad ex- pugnandos hostes.

D. Nyssen.

177.

2. Reg. 12. Pax fortior armis.

Cassiod.

178.

Pan. on.

Quatuor tantum An- geli intel- liguntur. Tob. 8. 3.

179.

Euphrate, quam in quolibet alio, & intelligun- tur alligati à tempore Passionis Christi, ne am- pliùs tantum hominibus nocerent, quantum antea; alligantur in hoc fluvio magno.

180. Primum, quia Euphrates Babylonem alluit; Babylon autem mater est confusionis, & abomi- nationis; proindeque typus est Regni dia- boli, & impiorum. Secundò, Andræas, quia prope ipsum fluvium nascitur est Antichri- stus. Tertiò, Cornelius, Feccarius, & alii Eu- phratem alio respectu typus est Baptismi, per Euphratem enim tranavit Abrahamus in ter- ram promissam, indeque Hebræus, id est, tran- siens, vel transamnis dicitur, & per virtutem Baptismi alligantur dæmones, ne multum va- leant nocere. Quartò, Euphrates per medium dividit Babyloniam. Et Medi, & Persæ hanc di- versum fluvium in plures rivos, & per ejus al- veum Babylonem sunt ingressi; significat ergo Euphrates discordiam, & divisionem, in qua maximè diabolus residet, & per ipsam habet ostium apertum contra.

181. Quinò, Beda, Haymo, Ansbertus, per Eu- phratem interpretantur potentes sæculi. Pann- on & D. Thomas divites, nam ut ait Haymo, Euphrates fluvius est imperuosus, profundus, decurrens per Babyloniam; nam divites & po- tentes in quorum cordibus Diabolus residet, decurrunt per delicias hujus sæculi, & cum ma- gno impetu feruntur in profundum inferni D. Thom. Alligati sunt in flumine magno Euphrate, id est in cordibus divitum, & Principum munda- norum, in quibus latent, & dominantur oculis; re- strictis tamen interim quantum ad alios, ne sevant sicut poterunt sub Antichristo servire.

Sextò, ut docet. Idem D. Thomas; qui ait, alligati, id est refrenati à nocuentis hominum, ne scilicet tantum nocent, quantum possunt, & vellet in flumine magno Euphrate, id est in Pas- sione Domini, qui habuit abundantiam, & imperum magnum angustia, & ideo comparatur magno flu- mine; Euphrates juxta radicem Hebræicam, idem valet, frugifer, seu abundans, significat etiam angustiam, & afflitionem, juxta illud Psal. 136. Super flumina B. ylonis illic sedimus, & flevi- mus dum recordamur tui Sion. Inde hic fluvius denotat Christi Passionem; nam Christi passio valde frugifera extitit mundo cum multa ejus angustia, & dolore; in hoc ergo flumine, seu sub figura Passionis Christi maximè coacti fue- runt dæmones, ne tantum nocerent, quantum antea.

Ait Isaias 19. num. 19. In die illa erit altare Domini, in medio terra Ægypti, & titulus Do- mini juxta terminum ejus, & erit in signum, & testimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum, à facie tribula- tis, & mittet eis salvatorem. Unde Ægypto tanta felicitas, unde illi tam propitius Dominus, ut clamant à facie crudelissimi hostis tribulantis, statim salutem & protectionem obtineret. Insi- stant verba illa rationem, & erit altare Do- mini in medio Ægypti. Quod altare existimat noster D. Cyrill. Alexand. fuisse crucem Domi- ni, in qua Divini Agni sanguis est effusus, cu- jus figura primò Ægyptus est nobilitata; nam Angelus exterminator transiens videns sangui- nem Agni in superliminibus transibat ser- vans tales domos incolentes ab omni morte & nocumento. Exod. 12. n. 22. inde ab ipso san-

Exod. 12.

guine effuso, seu à typo ipsius sanguinis sacra- tissimi effusi tantam protectionem est assecuta Ægyptus; à facie tribulantis, ut omni salute esset condecorata; D. Anast. Sinaita lib. 8. Exa- mer. Ægyptus primò vidit, ait; Agni sanguinem ad vesperam in domibus signatum ad salutem, & ostendit Agni Christi sanguinem ad vesperam effusum, & domum Ecclesie coloravit.

Passione Christi secun- do reditur homo à facie dæmonis. D. Anatal. Synai.

184. Duo servi Pharaonis ob delictum in Domi- num suum tenebantur in vinculis, quorum unus Pharaonis calicem optimo vino repletum contemplatur in dextera: Videbim calicem Gen. 40. Pharaonis in manu mea. Gen. 40. n. 8. al ter vero Pharaonis in manu sinistra candidissimo pane referta super ca- pite suum ferebat: Ego vidi somnium, quod tria canistra farina haberem super caput meum. Joseph optimus somniorum interpretes cum hac rela- a agnovisset; porrigenti calicem vitam prædicat. Portanti panem mortem denuntiat: quoniam tanti discriminis causa, optimè Cardinalis Ha- go inde rationem conjecturatur; porrigens cali- cem Christi passionem oculi contemplabatur, quam alter oblivioni tradebat, portans Pas- sionis panem, de quo dixerunt impii, mitamus lignum in panem ejus; super caput, ac mente fe- rebat Hugo; Calicem in manu habet qui Christi Passionem habet in opere. C. lix Passionis con- templatus Pharaonis vincula dissolvit, & à morte liberat; qua maximè implicatur ille, à cujus mente Passionis panis aivolat, & ab oculis sub- terfugit; Passionem Christi intuens vinculis pec- catorum non tenetur, quibus maximè complica- tor eam oblivioni tradens.

Gen. 40.

Considerata Passione Christi vincula & super- ratur mors.

Hugo.

185.

Ovem aberrantem per montes, & deserta invenit bonus Pastor inventamque, nec pascit, nec adquat, sed tantum in humeris suis imponit: Et cum invenierit eam imponit in humeros suos gaudens. Luc. 15. num. 5. Cur omni alio pas- toris officio omisso, solum humeris appoficit eam ducit ad gregem, humeris crucis ligno detritis eam asportat ad ovile; erat ovis illa ma- ximè à via salutis aberrans, & multa vitiorum agritudine laborans, ut eam ergo à tot mo- tis sanaret, & virtutibus repleret, super humeros imponit, in quibus erant Passionis signa, in il- lis enim crucis vitæ erat quæ percussit salva- torem, & inde consequens erat ut omnia salu- tis commoda hominibus prodirent. Divus Am- brosius serm. 12. in Psal. 118. Denique, ait, in- ventam Pastor ovem humeris imponit suis, Agno- scis utique mysterium, quomodo ovis lassæ reficia- tur, quia non potest aliter humana conditio lassæ recreari, nisi Sacramento Dominicæ Passionis, & sanguinis Jesu Christi, cujus principatus super hu- meros ejus.

Luc. 15.

Passione Christi vin- citur omne malum.

D. Ambros.

186. Apoc. 9. n. 16. Et numerus equestris exer- citus vicies millies, de- na millia, & audivi nu- merum eorum.

187. Num. 17. Et ita vidi equos in visio- ne, & qui sedebant su- per eos, habebant lorica- cas igneas & hyacin- thinas, & sulphureas, & capita eorum erant tanquam capita leo- num, & de ore eorum procedit

procedit ignis, & fumus, & sulphur.

VERSIONES.

Syrus. n. 16. Et numerus militum equitatus duo myriades myriadum.

Arias. Et numerus exercituum equi, myriades myriadum.

Primasus. Et numerus militantium equitum illius octoginta millia.

D. August. Numerus equestris exercituum bestiae.

Syrus. n. 17. Et vidi equos, qui sedebant super eos, vidi quod essent lorica ignea, & hyacinthina.

Arabicus. Et hoc est, quod vidi in visione mea, circa equos; sessores eorum indui jam erant lorica ignis & sulphuris.

Arias. Habebant thoraces igneos. Primasus. Habebant loricas igneas, & spineas, & hyacinthinas.

S. Thomas. Loricas fumidas.

EXPOSITIO VIII.

186. Ducenti miliones equi sum.



L Numerus equestris exercitus, vicies millies, dena millia solutis quatuor Angelis, seu archidemonibus, ab eis constitur exercitus continens sub se ducentos miliones equitum, & nullus tam amplus numerus continetur in tota scriptura, ut dicam quaestione sequenti, proindeque ad hunc exercitum post Haereticos pertinent omnes pessimi homines per diversa tempora a Mahomete, usque ad Antichristum de medio sublatum inclusivè, ac proinde in hoc exercitu veniunt cum suis sectatoribus, Antichristus, cum suis asseclis, quorum praecipui, ac primarii duces sunt daemones, quibus omnibus optime quadrat allegoria monstrorum equorum.

187. Et audivi numerum eorum. Ac si dicat, quamvis haec multitudo sit tam ampla, tamen non est infinita, sed in certo numero determinata, qui numerus per vocem mihi indicatus est.

188. Et ita vidi equos in visione. Jam magis specialiter Noster Joannes explicat hunc exercitum equestrem, tam secundum equites, quam equos. Vidi equos in visione. Et primo noster Propheta ponit equos, quia ab eis dicitur exercitus equestris. Et qui sedebant super eos. Vertit Evangelista sermonem ad equites, qui sunt pessimi homines, tam sub Mahomete, quam sub Antichristo, ac sub quocumque alio tempore cum daemonibus, tanquam primariis ducibus, & habebant loricas. Quibus maxime munitur

Obdurati in sua malitia.

pectus, & impenetrabile redditur; sic sunt isti obdurati in sua malitia, ut sua corda à sagitta veritatis penetrari non sinant, igneas, id est lucentes, ac radiantibus, ac terribiles, & formidabiles instar ignis, hyacinthinas, id est caelestis & caerulei coloris, tanquam dividerentur de caelo missi; vel per simulationem caelestis justitiae, quam fingunt; Et sulphureas, id est rubeas instar sulphuris; per simulationem caelestis justitiae, quam pariter fingunt. Indumenta, ac lorica horum equitum tales colores reddebant tum ornatus, tum etiam terroris causa.

Capita eorum tanquam capita leonum. Nunc jam de equis agit Propheta; & equi ob magnam ferociam, quam indicabant, dicuntur leones; sicut etiam hac nostra aetate inter turmas militares sunt, quae appellantur dracones, & ut Virgilius ait Virgil. 2. Georg. Tauri spirantes naribus ignem. Sic enim instar leonum fumendo metonymicè equos pro equitibus omnimodam orbis vastitatem denuntiabant, ut verbis, minis, & armis indicarent ignem, fumum, & sulphur; & etiam ut ait Lessius, alludit Evangelista ad nostros milites qui dum sclopos explodunt, ita ori admovent, ut videantur ex ore ignem, fumum sulphureum emittere.

QUAESTIO XX.

Quare tam amplus exercitus continens ducentos miliones totus est equestris, & nulla ex parte pedestris, & sine ullo duce proponitur.

A It sacer Text. & numerus equestris exercitus vicies millies, dena millia, id est bis millies centena millia, sive ducenti miliones: nam myrias, ut decem millia, duo ergo myriades myriadum, sunt vicies millies decem, millia, id est ducenties millena millia, sive ducenti miliones; & licet hic numerus sit finitus, tamen nullus tam magnus reperitur in sacra pagina; nam decies millies, centena millia, apud Danielelem 7. num. 10. consistunt omnino centies centena millia, sive decem miliones, ut hic notantur La Haye: & apud Daniel. Pento, Pereira & Cornelius, & alii.

Ex quo convincitur, quod iste numerus, non sit intelligendus de uno aliquo exercitu materiali, quae potentia humana poterit tot equos ac milites congregare; nam Xerxes potentissimus Imperator, ad congregandum suum exercitum unius millionis, quinque consumpsit annos, cujus multitudinem ex alio loco contempulatus: flevit, ut testatur D. Hieronymus, eo quod intra spatium centum annorum, nullus ex iis superesset vivus. Deinde quae terra poterit tot equos, ac milites sustinere, eisque alimenta providere; Allegoricè, ac enigmaticè iste exercitus intelligendus, ac interpretandus est; ut jam dixi.

Primo, Aretas singulariter existimat hos equites esse bonos Angelos, & sic ait: Millia millia; & decies millias, decem millia ministratum dicere licet apud Danielelem, nunc autem duplicatam in numerum myriadum narrat se videri multum.

multitudinem quam exercitus duces sequebantur, eo quo liberius, & absque metu post Domini incarnationem, versantur homines cum Angelis. Magna multitudo Angelorum ostensa est Danieli num. 10. ita ut appareant decies centena millia & hic prodeunt in medium ducenti miliones, quomodo hic excrevit in tantum numerus super Danielis visionem, quia post Incarnatum Verbum longe liberius accopiosius versantur Angeli cum hominibus, quam antea. Haec tamen licet moraliter fiat dicta, non tamen coherent cum littera, quia ab his equis, seu equitibus occisa est terra pars hominum, ac proinde isti equites non sunt Angeli boni.

Daniel. 7.

Post incarnationem vultu copiosius Angeli hominibus assunt.

193. Alcazar. Innumeris sunt affectus, ira, ac furoris.

194. Richard. Pannon. D. Bernard. D. Thom. Rupertus. Joachin.

195. Auctoris sententia.

Secundo Alcazar, qui interpretatur de furore Judaeorum contra Christianos, ait quod iste amplus exercitus componatur ex variis, ac inordinatis animi affectionibus; quae semper magis, ac magis exercere possunt; cui sententiae favet Arias Montanus. Equestris exercitus &c. appetitarum terrenarum multiplex numerus, variarumque genus, quae tamen maxime pertinent ad mores, & non ad litteram.

Tertio, Richard. Victorin. Pannon. D. Bernardin. intelligunt Haereticos sed de his dictum est supremo vs, seu prima plaga sub typo locustarum, ut jam vidimus, & statim magis explicabo. Quarto S. Thomas, Rupertus, Joachimus, Ansbertus, interpretantur Daemones, qui revera sunt duces hujus exercitus, non tamen totus ipse exercitus.

Mea sententia est, quod in hoc exercitu militant omnes impij, ac nequissimi homines persecutores Ecclesiae post Haereticos, usque ad sublatam de medio Antichristum. Nam ut vidimus, Aquila magna, cap. 8. num. 13. clamavit tria vs, seu tres plagas flagras denuntiavit, sub primo vs, ac enigmata locustatum, denuntiavit haereticos; hoc primum vs, ut dicitur num. 12. jam abii, & est denuntiatum, ac explicatum, & ut ibi dicitur, Ecce veniunt adhuc duo vs post haec. Secundum ergo hoc vs, seu plaga haec in hoc exercitu equestri, proindeque sub illo militant Mahometus cum suis successoribus, & Antichristus cum suis sectatoribus, ut patet ex cap. 11. & sic sunt aliqui iniqui per varia tempora, quorum duces, & Principes sunt daemones. Tertium autem vs, ut patet ex c. 11. num. 14. procedit à mortuo Antichristo, usque ad diem judicii.

Cur ergo duces, ac Principes tantarum copiarum non exprimuntur in sacro text. cur non nominantur praecipue cum dicamus hos duces esse daemones. Exercitus movebat bellum contra pios & justos. Inde Principes, & duces non nominantur, quia cum bellum iniquè agitur, ut manifestum supponitur, quod Diabolus sit praecipuus Auctor, & causa illius. Richard. Diabolus est omnium malorum Princeps cuius milites sunt daemones, equi autem militem praevi homines. Deinde etiam merito Diabolus nomine ducis privatur, & eo non nobilitatur, quia ipse non est ad dirigendum, quod proprium est ducis, sed ad perdendum. Ansbertus; Ipsi nempe impii maligni spiritus sessores habere merentur, non à quibus regantur, sed à quibus praecipitentur.

Quare hic tamen exercitus tam amplus totus est equestris, & nulla ex parte pedestris, quia multò facilius sit congregare copias pe-

destres, quam equestres ipso quo adverte, quod in equis denotatur animus superbus, & latus, & cum hujusmodi copia sint daemones, ac iniquorum hominum, inde tales copiae dicuntur equestres cum in eis maxime regnet superbia, quam omnia alia vitia concomitantur. Pannonius: Non ab re numerus equestris exercitus ponitur, cum in equis, & in equitibus superbia malignantium designetur, insinuat sunt adversari pietatis, & Dei superbia prodigiosa velti qui non distunt adversari religioni. Quia à superbia tenentur, omni nequitia replentur, & ut justitiae, sanctitatis, ac religioni adversentur.

De iniquis ac impijs hominibus, ait Regius Vates loquens cum Deo. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Psalm. 73. num. 23. Quomodo superbia semper est in perpetuo motu, ut nunquam sistat, sed semper ascendat, non ster Incognitus, semper crescit, Rufinus multiplicans & extendens, ita ut nunquam in sua nequitia sistat, sed semper de uno ad illud progrediatur; & idem ait. Malitia eorum qui te oderunt. Quare ibi interpretes, quomodo Deus, qui est summum bonum, potest odio haberi; Respondent communiter expositores, Hugo Anguian. Lorin. quia Deus in se prout est summum bonum non potest odio haberi; enim Anguian. Lorin. tamen detestatur iniquus secundum suos effectus, ac mandata; quibus praecipit justitiam sectari; & fugere peccata, quibus superbus maxime repletur, & inde inter omnes iniquitates tale Dei odium peculiariter superbiae adscribitur, cum in ipsa omnia alia vitia tanquam in compendio habeantur.

Dicebat Ezechiel. 16. num. 49. Ecce haec sunt iniquitas Sodoma sororis tuae, superbia, & saturitas panis, & abundantia, & otium. In capite iniquitatum Sodoma, ut omnium origo ponitur superbia, ab hac enim tanquam à radice pullulant, ac nascuntur caetera omnia vitia. D. Isidor. Superbia, ait, est origo omnium criminum; & ruina, cum clarum virtutum.

Ait Regius Vates Psalm. 73. num. 5. Posuerunt signa sua signa, & non cognoverunt. Quoniam signa ac vexilla ponunt impii, ac iniqui, ostentationes nempe, ac status superbiae, quae sunt propria signa diaboli, & quid tali superbiae signo secutum est? Non cognoverunt, non cognoverunt viam veritatis ac justitiae, ut per eam ambularent, & inde praecipites ruerent in omnem turpitudinem ac nequitiam. Cardin. Hugo. Signa sua dicit, non Dei, sed demonum; signum enim Dei est humilitas; Luc. 2. n. 11. Hoc vobis signum, invenietis infantem pannis involvum, & posum in praesepio. Signum diaboli est superbia. Levabit signum nationibus. Isai. 5. n. 26.

QUAESTIO XXI.

Quare hujus exercitus equites portant loricas igneas, Hyacinthinas, & sulphureas.

D Uplex est armorum genus, quaedam sunt offensiva, ut lancea, gladius; alia vero defensiva, ut lorica, scutum; cur ergo hujusmodi equites, non portant lanceas,

In iniquis regnat superbia, qua omnia mala producit.

188.

Incognitus. Rufinus.

Superbia semper in varia peccata crescit.

Hugo. Anguian. Lorin.

199. Ezech. 16. Superbia est origo omnium iniquitatum.

D. Isidor.

200. Psalm. 73.

Diaboli signum, ac vexillum superbia.

Luc. 2. Hugo.

Isai. 5.